



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Bauari munificentia. n. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

Reuerende in Christo Pater Carissime. Pluribus nominibus gratæ mihi aduenere Reuerentiæ Vestræ literæ, quibus inprimis natum fratris filium gratulatur, ac mihi simul similem, quem à Deo precibus postulatum promittit, adprecatur. Hinc est quod gratias illi referam duplicatas, atq; in proposito persistat etiam atque etiam iogem. Nec enim est abbreviata manus Domini, qui forte pluribus precibus & nostris exercitationibus delectatur. Astrinxi me quondam voto Beato *Ignatio* vestro si hoc mihi beneficium obtineret, *Ignatij* nomen impositurum filio, atque Collegium Societatis exstructurum & dotaturum ibi locorum vbi Patri Generali ac prudentibus magis videbitur ex bono publico. Quid si Deus hinc vobis prouideat? Sed ipse disponet vt hætenus quæ de vestra domo præordinauit, vt liquido constat ex ijs quæ de statu & successu illius R. Vestra iustius enarravit. Hinc forte ansam capiet R. V. magis adhuc curæ cordiq; habere ad quæ vltro se mihi tam promptum exhibet, nec ero difficilis in anticipando id quod R. V. insinuat. Patri *Balduino* gratulor cum tanto merito exantlatos labores, & cum Societatis honore assecutam libertatem, simulq; doleo me priuatum cõspectu & præsentia tanti viri. Grata fuere quæ de nostri Comitæ Salopiensis statu R. V. nunciat; iure gloriatur Rex de tam erudito subdito, magis tamen habet quod in illo commendet & imitetur, singularem pietatem & virtutem. Pro xenio spiritali singulares R. V. gratias ago, cui vicissim me ad gratificandum offero, atque à Deo felicia quæque precor. &c. Ad alias posterius datas trigessimò Iulij hæc rescripsit.

Quæ suis ad me datis literis de Societatis ab ipso initio in Anglia statu, de quæ vestra Missionem in Vice-Prouinciam erecta nunciauit, iucunda acciderunt (speranti (diuini numinis fauore) quàm hætenus experti estis maiores fructus subsecuturos. Certè quod R. V. mihi tribuit, hoc solum, post Deum, vestro zelo & solertiæ debetur. Subsidium mille trecentorum Florenorum Germanorum pro Tabernaculo Sanctissimi Sacramenti, ac Theca pro imagine B. V. per P. Mayer transmisiimus. Quod vero vota nostra ita curæ & cordi habeatis, est quod gratias singulares agamus, ac vt in cæpto persistatis sedulo rogamus.) Hæc enucleatiùs dicta sunt, vt integræ *Gerardo* maneat primitiæ liberalitatis Bavaricæ, Et si enim nimius fortasse fuerit in Virginum Anglarum ad Sancti Martini positatum rebus negotijsque procurandis, cum non leui huius domus præiudicio, munificentia tamen *Maximiliani* ducis præiuit, iccirq; fundamenta in quæ *Henricus Silsdonius* successit primùm, deinde circa annum seculi vigesimum secundum *Odoinus Shelleyus*, *Gerardo* in Hispanias & Romam transmissis, vbi post multorum annorum fructus in se auctos, & in alios deriuatos diem obiit extremum, plenus meritorum quæ & in Anglia, & extra Angliam suscepti labores, & perpeffa fidei causa tormenta pepererunt.

XVII. Anno decimono & vigesimo implicatus bello Bohemico dux *Maximilianus*, quantumuis exhausto ærario non destitit huic Tyrocinio munifi-

1619.

1620.

Bavari ref  
ponso 15.  
Ianuarij.Eisdem  
aliæ literæ.Bavari mu  
nificentiæ.

7620. munificentiam suam explicare, licet ob pecuniæ mutationem (cùm pro vno  
 7621. dalero octo floreni computarentur) ea acciderit arctior in aliquot qui conse-  
 7622. cuti sunt annos: de qua munificentia Bullidius (qui illi erat à Confessionibus)  
 ad *Richardum Blondum* Vice-Prouincialem. Serenissimus inquit  
 7623. de commoditate mittedi solitam elemosynam ad nostros Leodienses. Opor-  
 7624. tet vt admodum magna sit eius propensio iuuandi vos in Anglicana vinea, alio-  
 qui certe desisteret saltem hoc tempore à præstando illo subsidio, cum ipse  
 7625. met iam cogatur ingentem vim pecuniæ iniquis valdeque grauibus sibi & Pro-  
 uinciæ conditionibus ad centum accipere. Deus illi bonam istam mentem  
 semper seruare velit, ego quod in me est vt fiat laborabo.) At largiorem cam-  
 pum parabat Deus tam amplæ liberalitati.

VVarenæ  
 traduntur  
 integræ  
 PP. An-  
 glis.

Anno vigesimo secundo (Archiduce *Alberto* Belgij Gubernatore de-  
 mortuo,) censuit *Mutius* Generalis, assentiente *Isabella* Infanta (in qua man-  
 sit gubernandi potestas) è re Tyrocinij esse nouitios transferri *Watenas*, loco  
 non parum opportuniore positas, & ad id ante tot annos destinato, Collégi-  
 um autem vt sedem figeret *Leodij*: Itaque partim collectâ, partim pretio inter  
 se æstimata suppellectile migratur: *Silijdomus* cum suis transit *Watenas*, *Odo-  
 nus Shelleyus* cum Philosophis & Theologis succedit in Leodiensem habita-  
 tionem. Mansit apud *Silijdomiũ* aliquamdiu literarum cum Duce *Maximilia-  
 no* commercium: Neque remisit is cum mutatione Rectorum benefaciendi  
 ardorem; sed cùm Anno vigesimo sexto intermissæ fuissent consuetæ li-  
 teræ per quas de rebus in Anglia gestis fiebat certior, per Adamum  
 Contzen (qui Bullidij locum occupabat) quæsiuit ab *Odoeno* rationem:  
 Eo forte tempore aditus in Insulam clausi erant; id igitur responsi dedit *Odo-  
 enus*; quo accepto nuntio attentus ad benefaciendum Dux rogauit, Num  
 quid hæc domus inde pateretur? cumque relcisset pati, petijt accuratam sibi  
 transmitti descriptionem debitorum primùm, & reddituũ & personarum (quæ  
 eo anno erant Capitum quinquaginta, futuræ sequenti sexaginta) tum etiam  
 agri totius & ædificiorum: Quam descriptionem cum accepisset, non iam de  
 iuuando tantum Collegio, sed de stabiliendo in perpetuum, excelsò planè ac  
 Deo pleno animo, decreuit; scriptisque confestim tabulis fundationem con-  
 signauit: Quarum tabularum exemplar adiungendum existimaui, cùm sint  
 illæ ex summo Orthodoxæ Religionis promouendæ desiderio cõceptæ, & me-  
 morabili in externos homines benigne conuictæ, & ad honorem conse-  
 ctæ & gloriam Bauariæ domus sempiternam: Earum autem Tenor hic est.

## XVIII.

In Nomine Sanctissimæ &  
 Indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus  
 Sancti.

Diploma  
 fundatio-  
 nis.  
 Collegij  
 Anglorum  
 Leodij.

**N**os *Maximilianus* Dei Gratia Comes Palatinus Rheni, Vtriusque Ba-  
 uariæ Dux, Sacri Romani Imperij Archidapifer, Princeps Elector,  
 cum nostro, tum Coniugis nostræ *Elisabethæ* Bauariæ & Lotharingiæ Ducissæ  
 nomine